

# Inedita et nuper primum edita.

## VI.

### Epigrammata Graeca.

19.

Φθέγγεται ἡρεμ' ἀεί, γελάει μόρον· ἥ τάχα δώσει  
τῷδε λίθῳ ψυχάν. μορφὰ τόσον δύναται.

Marmor prope Argos anno 1810 una cum aliis a Veli Pascha effossis emptum a Northio, Comite de Guilford. Titulum, a Mauromato Cocyraeo, Academiae Ionicae socio, exscriptum, hoc modo edidit et interpretatus est Stellio Doria Pros-salendi in Diario Ital. litterat. Patavii 1811 T. XXVIII p. 93.

Φθέγγεται, ἡρεμέει, γελάει μόρον; καὶ τάχα δώσει  
τὸν δὲ λίθῳ ψυχάν; μορφὰ τόσον δύναται.

Parla, s'acqueta, ride sol? o anche presto  
Darà anima al sasso? Tanto può la forma.

Boeckhius in Corp. Inscr. Gr. T. I p. 585 n. 1147 interro-gationis signa delet, μόρον metro obesse, μορφὰ secundam male corripere, animadvertisit, pro obscuro τάχει ψυχάν, cum τὸν δὲ ferri nequeat, conjicit τῷδε λίθῳ. Evidem, pace quod Mauromati factum sit, paulo liberius emendavi et *MONON* quidem iu *MOPON* mutato genuinum poemati haud saue ineleganti sensum reddidisse mihi videor: neque ἡρεμέει, lapide denuo perspecto, revocatum iri credo. Reliqua Jacobsius meus in litteris ad me datis correxerat, qui praeterea δόσον volebat pro τόσον. Et *H* si lapis habet, fortasse pro *K* accepit Mauromatus, quod saepe pro *KAI* in marmo-ribus invenitur. De ἥ τάχα v. Jacobsii Animadv. ad Me-leagri ep. 12, v. 5; de feminino λίθος Not. crit. ad Anthol. Pal. p. 137. *TAIAE* transiit in *TANAE* ut *ΦΩΝΗΙ* in *ΦΩΝΗΝ* Syll. Epigr. Gr. n. 199. Epigramma, quod integrum esse nunc statuo, subscriptum fuisse videtur statuae sepulcrali, quales composui plures in Syll. Epigr. n. 187. Add. Corp. Inscr. n. 1030 ἡτις καὶ μορφὴν ἐτύπωσεν πᾶσιν δόσην με. Imagines Polybius VI, 53 describit οἰοντί ζώσας καὶ πεπνυμένας. Syll. n. 160 εἰκόνη ἀναστήσασά σε-θεν, μορφᾶς τύπον ἔμπνουν. Antiochus, Anthol. XI, 412 ψυχὴν μὲν γράψαι χαλεπόν· μορφὴν δὲ χαράξαι Ραδίον. A Platone ep. 15 iwanus artificis dicitur κωφῆ θεοπεσίως πνεῦμα βαλοῦσα λίθῳ. (Pro ἐμβάλλειν πνεῦμα alii χέειν.) Cf. Erinner Ep. 1. Novum est in nostro commentum, non ar tificem, sed statuam, quum jam loquatur et rideat, mox ipsam

animam et intimum vitae sensum esse manifestaturam. Siquidem est quod in Noctem dormientem Michaelis Angeli dictum refert Vasarius T. VI p. 228: *destala, se nol credi, e parlaratti.*

## 20.

*Γαῖαν ἐς ὁθνεῖην σ' ἔλθοντ', ἄποδον δὲ κέκεν[θε  
ἄ κόνις]. Αργείων, θυμὸν ἀφέντ' ἀπονεί.*

Argis, in muro destructae ecclesiae, sub auaglypho vi-  
rum cum puero ante aram repraesentante. Paulo plenius  
quam Boeckhius n. 1141, ex schedis Fourmonti, edidit Leake  
Travels in the Morea Inscr. n. 65. Parum certa est re-  
stitutio prioris versus:

**ΗΣΟΡΙΝΗΝΤΕΛΘΟΝΤΑ ΠΟΡ.. ΔΕΚΕΚΕΥΟ  
ΑΡΓΕΙΩΝΘΜΟΝΑΦΕΝΤΑΠΙΟΝΕΙ**

Ex *OPINHN* feci *OΘΝΙHN*. Fourmontus dedit *ΣΟΡΗΝΗΝ*,  
omisso in fronte *H*. Idem pro *T* ante ἔλθόντα *L*.

## 21.

*"Ος τόδ' ἄγαλμ' ἀνέθηκε, Φιλόστρατος ἔστ' ὅνυμ' αὐτῷ,  
πατρὶ δὲ τῷ τήνου Λαμοφόβων ὅνυμα.*

In columna (*columnar stele*) in Aegina ab Anglo re-  
perta. Titulum proposuit Leake in consessu Societatis litter.  
Londin, mense Mayo 1835 habito.

## 22.

*Ούνομα Φιλοκύνηγος ἐμοί· τοῖος γὰρ ὑπάρχων  
θῆροιν ἐπὶ φοβεροῖς κραιπνὸν ἔηκα φόνον.*

Pergami, in fronte balnei, olim ecclesiae, sub agno ana-  
glypto, quem alienum a titulo esse puto. Descripsit Proke-  
schius et cum aliis tradidit Societati, quae Friburgi floret,  
historicae. Ultima non optime legisse videtur *ΚΡΑΙΗΝΕΟ-  
ΚΑΠΩΝ*. Litterarum formae rotundae sunt *ω*, *C*, simuk-  
tamen adest *L*.

---

D r u d f e h l e r.

---

*G. 111 Not. I. κοίμισαν. — G. 119 B. 20 I. ὄμοφόλω — G.  
119 B. 2 v. u. I. homogiros. — G. 168 Not. B 7 I. Fragm. 128 b.  
G. 169 B. 30 I. Alpheios. G. 172 B. 27 I. strebten. G. 174 B. 6  
u. 7 I. von den sechzehn Granen. G. 176 B. 8 I. Αειρίνοι. G.  
180 B. 21 I. des Visatischen Dysponent. G. 220 B. 21 I. δρῦς.  
G. 228 B. 23. I. uehmen f. nahmen. G. 273 B. 6 ist sie zu tilgen.  
G. 227 B. 15. In dem Drakel an Homer bey Plutarch de  
vita Hom. c. 3 δμαυρὸν ηελιδων σσων.*

---